Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johann Heinrich Prasuhn an August Hermann Francke.

Prasuhn, Johann Heinrich

Bückeburg, 15.08.1726

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-62467

ה״ה

15. VIII 1726
55
A180

Plurimum Reverende

S. S. Theologiæ Professor Celeberrime!

Præsentes ad Te, Vir summe colende, hasce lite-
ras scribentis audaciæ ut ignoscas rogo.
permultos hactenus annos cum multis aliis sum-
mam Dei misericordiam in occulto sum admiratus,
cum legerem Illam in India Orientali portam
gratiæ aperuisse gentibus ut ministerio Evan-
gelicorum Ministrorum S. Missionariorum ad
Ecclesiam Christi colligerentur. Quotidie Deo
hoc pretiosum & divinum opus in precibus meis
commendavi, ut felici successu beare velit.
Lubenter ipso opere adjuturus si qua terrena
bona mihi suppeterent, verum cum his desti-
tuor, audeo salutare consilium suppeditare
quo fundus certus obtineatur, ex quo per-
petuo necessarii sumtus, ad Ministerium tam
sanctum sustentandum & continuandum de-
promi

promi queant; & hoc modo gloria Dei & salus gen:
tilium promoveatur. Consilium in seqq: consistit.
Ao 1723. à quodam experientissimo & cordato Chymi:
co liber editus sub titulo: Königlicher Hermetischer
Special Concordantz à N. G. T. R. [illegible]
Breslau und Leipzig. in 8vo. in quo laudatus Au:
tor non solum Veritatem Artis contra Kunckelium
Laboratorium Chymicum mascule defendit, sed & p. 238.
se declarat & offert, quod pro 25 thaleris 6–8.
uncias tincturae+ ex favore vendere velle amatori
hujus studii, totam scientiam verò sibi infra 1000
Ducatos venalem non esse. Quodsi nunc hic Autor
posset explorari & certus ac fidus homo qui rerum
chymicarum peritus est ad illum mittatur, ut ali-
quot uncias tincturae modo nanciscatur, tunc hae
semper augeri possunt in quantitate, si modo au-
rum commune liquefactum addatur, uti id permul-
ti celebres Adepti in suis libris clare & perspicue
docent, Bernhard. Comes Trevisang. in Cp. p.m. 286. Philaleth.
c. 33. Espagnet, aliiq. ita non opus ipsam Artem scire.
Quodsi Autor praedictus non potest explorari
quis sit, & ubi commoretur, tum alia via
hoc opus aggrediendum est, ita ut probus ac fi-
dus Chymicus in promptu sit qui bene versatus
in igne & Chymicis operationibus, tum certum unum
vel alterum Autorem indicabo ex quo per
Dei gratiam desideratum scopum obtentum iri

+ particularis

plane confido. Quod superest Deum ter optimū
Patrem misericordiarum supplex imploro
ut sanctum hoc Evangelii ministerium inter
gentes sospitare velit, quo laborantes in
eo multos fructus proferant, illi fessis
multiplicet vires, verbum prædicatum foecun
det, multos amore & zelo exornet & suscitet
in nostra Germania ut hoc sanctum & pium
Deo & Angelis gratissimum opus pro viribus
promoveant & omnes nationes ad coelestem
Christi agnitionem perducantur. Te vero
Vir summe Reverende illæsis corporis &
animi viribus alma Trinitas quam diutis=
sime conservet, ut tam salutari negotio
in vinea Domini per multos Annos [illegible]
esse & præesse valeas, per Dominum [illegible]
strum Jesum. Vale.

Summæ Reverendæ Dignitatis
Tuæ

Cultor observantissimus.
Johann Heinrich Prasuhn
Pastor Eccles. Evang.

Bückeburgi
d. 15. Aug.
1726.

Viro
Summe Reverendo ac Celeberrimo Dno Domino
Franckio S. S. Theologiæ
Professori in Academia
Hallensi Dignissimo.

Hæ pateant

francò Bronwii Halæ.